

οὐκ εἰσινέσθιαν τούτοις απομόνωσεν τοις αὐτοῖς μάλιστα την πλευράν τους οὐκ εἶναι  
αὐτοῖς αἱ σχέσεις την επιδείξεις μὲν τοῦ διατομῶν αὐτοῖς τοῦτον τὸν τόπον εἴπει οὐκ εἶναι  
αὐτοῖς αἱ σχέσεις την επιδείξεις μὲν τοῦ διατομῶν αὐτοῖς τοῦτον τὸν τόπον εἴπει οὐκ εἶναι  
αὐτοῖς αἱ σχέσεις την επιδείξεις μὲν τοῦ διατομῶν αὐτοῖς τοῦτον τὸν τόπον εἴπει οὐκ εἶναι  
αὐτοῖς αἱ σχέσεις την επιδείξεις μὲν τοῦ διατομῶν αὐτοῖς τοῦτον τὸν τόπον εἴπει οὐκ εἶναι  
αὐτοῖς αἱ σχέσεις την επιδείξεις μὲν τοῦ διατομῶν αὐτοῖς τοῦτον τὸν τόπον εἴπει οὐκ εἶναι  
αὐτοῖς αἱ σχέσεις την επιδείξεις μὲν τοῦ διατομῶν αὐτοῖς τοῦτον τὸν τόπον εἴπει οὐκ εἶναι  
αὐτοῖς αἱ σχέσεις την επιδείξεις μὲν τοῦ διατομῶν αὐτοῖς τοῦτον τὸν τόπον εἴπει οὐκ εἶναι  
αὐτοῖς αἱ σχέσεις την επιδείξεις μὲν τοῦ διατομῶν αὐτοῖς τοῦτον τὸν τόπον εἴπει οὐκ εἶναι  
αὐτοῖς αἱ σχέσεις την επιδείξεις μὲν τοῦ διατομῶν αὐτοῖς τοῦτον τὸν τόπον εἴπει οὐκ εἶναι

**C**arminis quod in Aeschyli Choephoris legitur inde & vs. 579 primam stropham liber  
Mediceus in hunc modum exhibet scriptam:

Πολλὰ μὲν γὰρ τρέφει  
δεινὰ καὶ δειμάτων ἄχη, 580  
πόντιαι τ' ἀγκάλαι κνωδάλων  
ἀντατῶν βροτοῖσι  
πλάθοντι βλαστοῦσι καὶ πεδαίχμιοι  
λαμπάδες πεδάμαροι  
πτηνά τε καὶ πεδοβά 585  
μονα κάνεμοέντων  
αλγίδων φράσαι κότον.

Primo versu γὰρ quum esset corruptum, in γ' ἀήρ mutatum est a Turnebo et Victorio, quam illi scripturam confirmatam putabant scholiastae auctoritate, cuius haec est adnotatio primo versui adscripta: πολλὰ τίκτει ὁ ἀήρ εκ τῆς ἡλιακῆς ἀκτίνος πτηνά καὶ ἔρπετά· εἰσὶ γὰρ ὅφεις ἐξ ἀέρος πτηνούτες. Quo quidem scholio in errorem esse inductum Turnebum omnes interpres fugit praeter novissimum editorem Albertum de Jongh, qui scholion illud ad versum 583 esse referendum perspexit. Explicantur enim verba βλαστοῦσι καὶ πεδαίχμιοι λαμπάδες πεδάμαροι πτηνά τε καὶ πεδοβάμονα, quae ita ille grammaticus interpretatur, ut λαμπάδας πεδαιχμίους αέρα solis lumine collustratum dici

existimet, qui βλαστεῖ h. e. τίκτει, πτηγά τε καὶ πεδοβάμονα, volucres et serpentes. Id ita esse ipse grammaticus docet, qui fere easdem explicaciones ad singula illa verba repetat: (*βλαστοῦσι*) γενγῶσι καὶ αὔξουσι, deinde αἱ μεταξὺ γῆς καὶ οὐρανοῦ λαμπάδες, τοῦτο ζοτιν, ὁ ὑπὸ ἡλίου φωτιζόμενος ἀήρ et λαμπάδες: αἱ ἀκτῖνες τοῦ ἡλίου αἱ καθημεριναι. Itaque γὰρ illud quod exstat in libris et manu scriptis et ab Aldo et Robortello editis quum Turnebus, qui ipse se et scholiorum auxilio et sententiarum ratione habita non pauca testetur restituisse et persanasse, perperam intellectis quibus utebatur scholiis Robortellianis in γένει mutavisset, scripturam illam tam ineptam quam auctoritate destitutam et Victorius et proximi editores receperunt, donec iudicio aliquanto acriore praeditus γαῖα esse reponendum Heathius intellexit, quod emendate γῆ scripserunt Schuetzicus et Porsonus, quos secuti sunt recentiores.

Idem Heathius proximo versu καὶ delevit; ἄχη vero quum Godofredus Hermannus in ἄγη esse convertendum existimavisset, δεινὰ δειμάτοῦν δάκη Schuetzicus proposuisset, δειμάτων δάκη Martinus probante Hartungio, G. Hermannus in editione ἄχη restituentium censuit. Recte, nam δειμάτων ἄχη sunt dolores quos monstra terribilia hominibus incutint, ut monstrorum mala gignere poëtice dicatur terra, quae monstra noxia gignat, idque aptius esse dictum quam δεινὰ δειμάτα apparebit reputanti non de eo hic esse sermonem, quod hominem terreat, sed de eo quod perniciosum homini existat.

Versibus 582. 583, quos vitiosos esse et metrum argueret et sententia, recte videtur Hermannus βροτοῦσι in βρύονσι mutavisse, βλαστοῦσι autem, quod nihil esse videretur, nisi adscripta alia lectio, delevisse. — Proximi versus mirum in modum interpres vexabant. Ac πεδαιχιοι quidem, quod in πεδαιχιῳ olim mutandum putavit Hermannus, tuerit in editione, dici enim quae sunt inter coelum et terram. At postquam poeta et terram et mare periculosa gignere monstra commemoravit, iam etiam ex aere impendere pericula adiungit, eoque minus ferri illud πεδαιχιοι potest, quod etiam alterum adiectivum, πεδάοροι, ita enim recte emendavit Stanleius, ad λαμπάδες vocabulum adiectum est. Πεδαιχιοι autem an πεδαιχιῳ scribamus, ex sententiae ratione est dijudicandum, utrumque enim potest quod vetus ille codex praeluit ΠΕΔΑΙΧΜΙΟΙ significare, ut καὶ πεδαιχιῳ, vel potius καὶ πεδαιχιῳ sine dubio praferendum sit.

Postremos versus quum ita Hermannus Opusc. I. p. 114 correxisset πτανά δὲ καὶ πεδοβάμον' ἀπ' ἀνεμοέντων αἰγίδων φράσαι χότον, ut καὶ non esset copula, sed ad verbum pertineret, eorumque verborum sententiam Wellauerus se capere non posse professus esset, miramque quandam Bambergerus protulisset explicationem hanc, ut pedestria vi procellarum in altum sublata et tamquam alata facta dicerentur: hanc eandem emendationem iterum proferendam curavit Aeschyli Hermanniani editor explicatione addita nulla. Verum utut intellegi haec verba voluit Hermannus, ab Aeschylo non esse talia profecta manifestum vitium arguit ἀνεμοέντων αἰγίδων. Quamvis enim dicat Hermannus masculina forma ἀνεμοέντων neminem debere suspectum habere, quam sententiam etiam alii sunt amplexi, tamen quum neque metro possit, neque sono suaviore aliave causa talis licentia excusari, non suspectam hic, sed barbarem habere masculinam formam debemus. Nam aliquanto rectius idem Hermannus ad Agam. vs. 540 indulserunt, inquit, talia sibi poetae vel metri vel suavioris soni causa. Nisi hic ὄμβροι animo poetae obversatum, quamquam ne id quidem satis recte. Nam neque metri ratio tantum valere, neque soni suavioris debebat, ut barbare loquerentur poetae, illud recte est dictum, ὄμβροι animo poetae esse obversatum, quamquam gravissimum est omissum. Loquitur enim praeco, quod hominum genus orationis neglegentia quadam in narrationibus utitur, veluti ipso illo loco

εξ οὐρανοῦ γάρ κάπτο γῆς λειμωνίας  
δρόσοι κατεψέκαζον, ἔμπεδον σίνος  
εσθημάτων, τιθέντες ἐνθῆρον τρίχα

κατεψέκαζον etsi tantum εξ οὐρανοῦ verbis convenit, neglegenter praeco etiam ad ἀπὸ γῆς verba rettulit. Quaesita igitur est haec orationis neglegentia, nostro autem loco ἀνεμοέντων αἰγίδων nulla ratione excusari potest. Recte praeterea Bambergerus ut masculinum ἀνεμοέντων possit defendi, tamen Blomfieldii correctionem ἀνεμόεντ' ἀν valde esse probabilem censet, neque enim scholiastam audiendum φράσαι vocem ἐννόησον explicantem, sed πτανά ἀνεμόεντ' ἀν αἰγίδων χότον φράσαι eodem modo esse dictum quo Agam. vs. 352 Λιός πλαγὰν ἔχονσιν εἰπεῖν. Difficultatem tamen movet καὶ particula in κανεμόεντα, quam non removit Hartungius qui vertit: „hoch aus den Lüften fahren glutrothe Himmelsfackeln her. Fliegendes, Kriechendes, Schreitendes giebt es: in Wettern rast der Windsbraut arger Grimm.“ Ita enim magna existit orationis per-

versitas, quum iterum et alieno loco commemorentur quae πολλὰ γὰ τρέψει δεινά δειμάτων ἄχη. Neque λαμπάδες aut solem possunt significare, qui non obest, sed prodest, aut signa coelestia, quae non sunt εν πεδαιχιώφ, inter coelum et terram, sed fulgora, quod ut ita intellegatur addit poeta et avibus et animalibus perniciosas procellas, quae cum tempestate sunt coniunctae. Quod si verum est, illud καὶ neque copula esse, neque significare etiam potest, totusque locus ita emendandus videtur:

πλαθοῦσι καὶ πεδαιχιώφ  
λαμπάδες πεδάσοι,  
πτενά τε γαπεδοβάμονά τ' ἀνεμόσντ' ἀν-  
αίγιδῶν φράσαι κότον.

h. e. nascuntur etiam inter coelum et terram fulgora aëria, volucresque et terrestres animantes procellarum iram narraverint. Non est igitur cogitandum de tali sententia qualem hic invenire sibi visus est O. Muellerus in Zimmermanni diariis a. 1836. p. 34 „Die Vorstellung des Dichters steigt von den fabelhaften Schrecknissen in der Erde, d. h. hauptsächlich in der Unterwelt, und in der Tiefe des Meers, empor zu den geflügelten und vierfüßigen Unthieren, welche zwischen Erd' und Himmel die Lichter des Tages (*πεδαιχιοι λαμπάδες πεδάμεροι*) wachsen lassen, und noch weiter aufwärts zu den vom Himmel kommenden Wirbelwinden und dergleichen Erscheinungen.“ Sed simplicissimam apteque enunciatam habemus sententiam, qua ex terra, ex mari, ex aëre pericula hominibus imminere ostenditur. Mare, terram, aëra etiam Euripides, quamquam alia ratione, componit in Aeoli fragmento 27. editionis Naukianae:

ἡ βραχὺ τοι σθένος ἀνέρος· ἀλλὰ  
ποικιλίᾳ πραπίδων  
δεινά μὲν φῦλα πόντον  
χθονίων τ' ἀερίων τε  
δάμναται παιδενμάτων.

Huius strophae antistropha in libro Mediceo exstat haec:

ἀλλ' ἵπερτολμον ἀν-  
δρὸς φρόνημα τίς λέγοι  
καὶ γναυκῶν φρεσσὸν τλημόνων καὶ 590  
παντόλμονς  
ζρωτας ἄταισι συννόμονς βροτῶν

ξυζύγονς δ' ὄμανλιας  
Θηλυκράτης ἀπέρωτος ἔρως παρανικᾶ  
κνωδάλων τε καὶ βροτῶν.

Elegantissima est Hermanni emendatio, qui quum neque τίς λέγοι satis esset usitatum, neque φρεσίν sanum, utriusque incommodo ut occurreret, τίς λόγῳ -- φράσει edidit. Idem καὶ quod post τλημόνων libri habent, delendum esse non minus sententia quam metro arguente intellexit; quod vero παντόλμους in παντόλμοις convertit, ut errore felici, ut ait, scriptum est in libro Guelferbytano, deinde συζύγονς θ' ὄμανλιας cum Vicitorio scripsit, idque cum praecedentibus coniunxit, denique totum hunc locum sic constituit:

ἄλλ' ὑπέρολμον ἀν-  
δρὸς φρόνημα τίς λόγῳ  
καὶ γυναικῶν φράσει  
τλημόνων παντόλμοις  
ἔρωτας ἄταισι συννόμονς βροτῶν  
συζύγονς θ' ὄμανλιας;

id probari nullo modo potest. Nam maioribus quam quae a ferarum immanitate tempestatumque vi proficiscantur calamitatibus hominum genus affligi et virorum audacia et mulierum amoribus quis est quin neget? σύζυγοι ὄμανλια autem quo iure tamquam tertia summa pernicies accedant non appareat, quae si connubia sunt, saluti potius generi humano constituta crederes, sin ὄμοχοιτίαι, ut recte scholiasta explicat, nihil mali in eo inesse potest, quod est secundum naturam. Postremos vero duos versus, quod παρανικᾶν mirum esset vocabulum, ita emendatos edidit Hermannus:

Θηλυκράτης ἀπέρωτος ἔρως πάρα νείκη  
κνωδάλων τε καὶ βροτῶν,

et de vocabulo νείκη ad Agam. vs. 1338., Libri, inquit, νίκης. Recte Heathius νείκης, quod vocabulum Suidas atque Etym. M. p. 276, 3 φιλονείκια interpretantur. Neque dubia vox videri debebat Blomfieldio, quum Etymologicum diserte doceat ex νεῖκος factam cum diphthongo scribi.<sup>2</sup> Itaque νείκη quid sit appareat, quid vero πάρα hic significet, deinde κνωδάλων τε καὶ βροτῶν num ἔρως dicatur an νείκη, et si posterius, quomodo τε καὶ sit explicandum, quum νείκη κνωδάλων καὶ βροτῶν requiratur, denique quomodo haec sententia coniuncta sit cum iis quae antea sunt dicta, de omnibus his nihil

dicit Hermannus, neque ego haec expedio. Omnia mirabilia sunt quae in his verbis inesse interpres sibi persuaserunt, veluti Droysenius qui vertit:

*Aber wer nennt des Mann's freche Stirn mit Namen je,  
Wer die scheulose Wuth je des Weib's,  
Dies allfrechste, lüstre Lustbuhlen,  
Den Menschen alles Jammers Kost!  
Solcher Ehe, solchen Paars  
Weibergeherrsches, verworfenes Lieben erreicht nichts  
Ungeheures, Menschliches!*

cuius sententiae, si sententia haec est, ne vestigium quidem in Aeschyli verbis invenias. Etiam Franzius, ceterum elegantis vir iudicii, voces inanes fundit quum vertit:

*Aber wer nennt des Manns kühnen Sinn mit Namen je?  
wer der scheulosen wagmüth'gen Frau'n  
Liebesglut,  
dem vielen Unheil der Menschen zugesellt?  
Selbst des Ehebund's Verein  
kämpfet das Weib mit entsetzlicher Liebe danieder,  
unter Menschen und Gewild!*

Ne Schuetzii quidem industria quidquam proficitur, qui  $\beta\sigma\tau\omega\nu$  scriptura ex Robortelli editione revocata quidquid supererat offensionis sustulisse sibi videtur: „Sed omnium istorum quae enarraverat vim et violentiam audaciam virorum et mulierum quidlibet audentium superare aliquis dixerit; infelicesque amores mortalium flagitiis coniunctos. Certe ferarum et pecudum connubia, furiasque ex illis vincit amor immanis muliebrem animum domans,“ aut Hartungii vertentis:

*Doch den tollkühnen Hochmuth des Mann's wer schildert ihn?  
Und des Weib's, wenn es scheulos gebahrt, verwegne  
Buhlschaften, die Hand in Hand mit Sünden gehn!  
Selbst die Brunst, den Paarungstrieb  
Rohen Gethieres und Viehes beschämt eines Weibes  
Ganz verbuhlte Leidenschaft.*

Et primum quidem hic tollendus est ille error quo seducti interpres malis reliquis omnibus arbitrati sunt opponi mulieres tamquam summum malum, quam sententiam quum saepius Euripides usurpavit, tum Menander (IV. 214) πολλῶν κατὰ γῆν καὶ

κατὰ Θάλατταν θηρίων ὄντων μέγιστον ἔστι θηρίον γυνή. Quod si voluissest poeta, non dixisset ὑπέρτολμον ἀνδρὸς φρόνημα καὶ γυναικῶν παντόλμονς ἔρωτας. Neque vera est Alberti de Jongh opinatio, qui ἀνδρὸς vocabulo non sexum significari credat, ut opponatur mox γυναικῶν, sed genus humanum, in quo deinceps muliebris audacia maxime significetur. Hoc dicit poeta, quum alia multa obsint hominibus, tum nullam esse tam detestabilem pestem quae non homini ab homine nascatur, tum a virorum audacia, tum a seminarum cupiditatibus. Quo errore sublato multo etiam maior est eripendus error eorum qui putant, putant vero quod sciam interpretes omnes, γυναικῶν ἔρωτας dici mulierum amores et cupiditates. Quod quam sit perversum ex iis appareat quae deinde poeta adiungit. Communem enim illam sententiam chorus deinde duobus seminarum nefariarum exemplis comprobat, ut denique ad Clytaemnestrae detestabile facinus perveniat. Et primo quidem loco Althaeae ponit exemplum Thestii filiae, quae combustione illo fatali Meleagrum filium necavit. Hanc igitur quinam amores ad facinus illud impulerunt? Scilicet Althaeae fratres interfecerat Meleager, quo facto illa irata caedem fratum filii caede est ulta. Quid igitur? is poeta qui nil inepte molitur, qui quamvis furore divinoque impetu concitatus quidquid dicit cogitate dicit iudicioque expendit, is igitur poeta nihil esse mulierum amoribus et voluptatibus perniciosius Althaeae exemplo probabit fratum caedem filii ulciscensis? Nimirum non amores sed cupiditates sunt ἔρωτες, iisque versibus

ἀλλ᾽ ὑπέρτολμον ἀν-  
δρὸς φρόνημα τίς λόγῳ  
καὶ γυναικῶν φράσει  
τλαμόνων παντόλμονς  
ἔρωτας ἄταισι συννόμους βροτῶν;

illis quas prima stropha commemoraverat malis et virorum et mulierum audacia et cupiditates opponuntur. Sed quum hic non tam Aegisthi chorus rationem habeat quam Clytaemnestrae, commemorat ille quidem, quod sententiae ratio flagitabat, et virorum et seminarum audaciam, sed simplici virorum commemoratione contentus ad seminarum cupiditates pergit carmine adumbrandas. Deinde ἔρωτας dicit βροτῶν ἄταισι συννόμους propterea quod de iis animi cupiditatibus hic agit quae cum aliorum pernicie sunt coniunctae, ut neque Schuetzius recte vertat „amores mortalium flagitiis coniunctos,“ neque

Hartungius „die Hand in Hand mit Sünden gehn.“ Iam proximorum versuum sententia obscura esse non potest, certumque videtur Aeschylum non συζύγονς δ' ὄμανλίας dedisse, sed συζύγον δ' ὄμανλίας, quod mutatum est a librariis qui aut adiectivi formam posterioribus usitatam censerent restituendam, aut accusativum requirent, ne παρανικᾶ obiecto suo careret. Illis enim verbis

συζύγον δ' ὄμανλίας  
Θηλυκρατής ἀπέρωτος ἔρως παρανικᾶ  
κνωδάλων τε καὶ βροτῶν

poeta a cupiditate quam in universum tetigerat, ad singularem quandam cupiditatem ascendit, ad concubitus libidinem effrenatam. Et ut illam Althaeae exemplo comprobaverat, sic libidine stimulata mulier quid audeat et Scyllae, ut videtur, et Clytaemnestrae exemplo docet. Iam singulorum vis verborum perspicitur, nam ἔρωτας quum posuisset, eodem vocabulo ἔρως ad libidinem significandam utitur, qui ἀπέρωτος dicitur vocabulo ab Aeschylo formato, ut ἀπέρωτος ἔρως eodem modo sit dictum, quo γάμος ἄγαμος, νόμος ἄνομος alia dicuntur; Θηλυκρατής denique addit poeta, quia iam non de viris, sed de feminis loquitur, quarum libido multo quam virorum vehementior omnia superat, παρανικᾶ. Duplex autem genitivus ἔρως vocabulo est adiunctus, et obiecti quem dicunt, συζύγον ὄμανλίας, et subiecti, κνωδάλων τε καὶ βροτῶν, tam ferarum quam hominum, quod propterea additum, quod etiam in bestiis feminarum vehementiores quam marium sunt commiscendorum corporum libidines, quae quum a natura sint feminis tributae, hominis est, vi rationis eas coercere. Itaque hic est sententiarum ordo, ut quum multa sint et animalia et inanima hominibus perniciosa, plurimum tamen obesse homo homini dicatur cupiditatibus concitatus, nihil autem non audere feminam stimulatam libidine, quam vehementissimam ut bestiarum, ita hominum feminis tribuit natura.

Accedimus ad alteram stropham, quam ut est in libro Mediceo scripta, infra exhibuimus:

ἴστω δ', ὅστις οὐχ ἵπόπτερος  
φροντίσιν δαεὶς  
τὰν ἀπαιδολύ-  
μας τάλαινα θεστιάς μήσατο  
πνοδαῆτινα πρόνοιαν,  
κ' αἴθονσα παιδὸς δαροινὸν

595

δαλὸν ἥλικ' ἐπεὶ μολὼν 600  
ματρόθεν κελάδησε,  
ξύμμετρόν τε διὰ βίον  
μοιροχραντοσδ' ἐς ἥμαρ.

Versum 596 φροντίσιν δαις τὰν ἀ παιδολόν — corruptum esse versus antistrophici numeri docent φοιταν Σκύλλαν ἀτ' ἔχθρῶν ὑπαί, itaque, ut aliorum commenta mittamus, Hermannus edidit ὅτι δ' ὅστις οὐχ ὑπόπτερος φροντίσιν, τὰν δαις ἀ παιδολυμάς, aptum enim esse δαισα „quod sic demum, quia titionis vim norat, comburere eum isto fine potuit.“ At quae dicitur πρόνοιαν μήσασθαι, ea nosse titionis vim debet, neque solum inutile est hic δαισα, sed etiam ipsum verbum non aptum, quod non εἰδέναι, sed μαθεῖν significat. Contra aptissimum est ὅτι δαις, ut ita videatur Aeschylus scripsisse:

ὅτι δ' ὅστις οὐχ ὑπόπτερος  
φροντίδ' ἐστὶν δαις τὰν  
παιδολυμάς κτλ.

Aeschylus παιδολυμάς Θεστιάς sine articulo posuit, ut proxima stropha φοιταν Σκύλλαν, librarii vero, ut saepe, articulum addiderunt, sic Sept. vs. 276 πάντροφος πλειάς in libro Mediceo scriptum est ἀπάντησομος. Cetera vitia correcta a viris doctis, παιδολυμάς a Dindorfio, καταίθονσα et μοιροχραντον ἐς ἥμαρ et διαι a Cantero. Quod vero vs. 598 legitur πνεδαῆ τινα πρόνοιαν, cuius versus antistrophicus est χρυσοεδυμένοισιν ὄρμοις, id tribus de causis ferri nequit, quod τινά vocabuli ultima ante πρόνοιαν non producitur, quod ipsum illud τινά sententia non admittit, denique quod in hoc numerorum genere et in stropha et in antistropha syllabae erant exaequandae. Recte igitur videatur Hermannus antistrophico versu χρυσοεδυμένοισιν ὄρμοις, nostro autem loco πνεδαῆς πρόνοιαν emendasse. Scholiasta, cui πνεδαῆς πρόνοια dici posse non videretur, πνεδαῆς ad Θεστιάς rettulit, unde illud Turnebus quique eum fere sequitur Victorius receperunt. Est sane audax illa verborum compositio, sed ab Aeschylio dicendi genere non aliena, ut δαιροινὸν δαλόν, βλαζαὶ αἴματόεσσαι ἀρτιρεφεῖς alia id genus.

Ad versum 600 scholiastae duae appositae sunt explicationes: ἥλικα ξύμμετρον τῷ παιδὶ δαλόν ἐξότε πεσὼν ἀπὸ τῆς μητρὸς ἐβόησεν, τοῦτ' ἐστιν ἐξότε γεγέννηται, et ἥλικα ξύμμετρόν τε: τὸν συμμετροθέντα αὐτῷ εἰς τὸ διὰ βίον μοιροχραντον ἥμαρ, δ' ἐστιν, εἰς τὸ ἥμαρ τῆς ζωῆς τὸ ὑπὸ Μοιρῶν δεσποζόμενον, quarum in priore Dindorfius post ἥλικα duo puncta

addidit, ut ἡλικα lemma scholii esset, quod nobis non recte factum videtur, haec enim erat grammatici illius explicatio: ἡλικα ξύμμετον τε τῷ παιδὶ δαλόν. ἡλικα, ἔξοτε πεσὼν—γεγένηται· ξύμμετρον, τὸν συμμετρηθέντα κτλ.

Non tam diu nos morabitur huius stropheae antistropha ita in libro Mediceo scripta:

ἄλλὰ δὴ τιν' ἐν λόγοις στυγεῖν	
φοινίαν Σκύλλαν	605
ἄτ' ἐχθρῶν ὑπαὶ	
φῶτ' ἀπώλεσεν φίλον Κορητικοῖς	
χρυσεοδμήτοισιν ὄρμοις	
πειθήσασα δώροισι μίνω,	
νίσον ἀθανάτας τριχὸς	
νοσφίσασ' ἀποβούλως	610
πνέονθ' ἀ κυνόδρων ὕπνῳ,	
κιγκάνει δέ μιν ἔρμῆς.	

Primo versu δεῖ Turnebus, ἄλλαν Canterus emendarunt, vulgatumque ἄλλαν δεῖ τιν' inde a Pauvio. Sed Hermannus „non est, inquit, hic nexus is qui Aeschylo convenire videatur. Scribendum potius est ἄλλαν δὲ ξτιν. Similiter in Prometheo v. 803, ἄλλην δὲ ἄκονσον δυσχερῆ θεωρίαν.“ Huius quidem loci etsi alia ratio est, tamen ἄλλαν δὲ ξτιν scribere sane potuit Aeschylus. Sed librorum scriptura ἄλλὰ δὴ, si δὴ invenisse librarium statuimus, quum facilius quomodo orta sit explicari possit, ipsumque illud δὴ hic sit aptissimum, ἄλλαν δὴ ξτιν verum videtur. Deinde Porsoni emendationem ἐχθρῶν ὑπέρ non diffitetur aptissimam esse Hermannus, nec tamen necessarium putat ὑπαὶ mutare, quo significetur ab hostibus inductam esse ad istud facinus Scyllam. Sed ita oppositionis vis debilitatur, nam hosti ut grata fieret virum carissimum perdidit Scylla. Denique restituerunt πιθήσασα Abreschius, Νῖσον Blomfieldius, πνείονθ Heathius, κιγκάνει Porsonus, τιν Blomfieldius. Ultimo versu Nisum dici apertum est. Quod vero πιθήσασα δώροισι Μίνω patrem vita privasse dicitur Scylla, id non ita videtur esse intellegendum, quasi eam sequatur Aeschylus memoriam, qua auro corrupta, non amore erga Minoem capta sit Scylla, quae quum virorum doctorum, nisi fallor, omnium, tum scholiastae est sententia: διτι δόμον ὑπό Μίνωας φῆσιν εἰληφέναι Σκύλλαν, οὐ δι τηρωτα. Auro enim amor vel conciliatus est vel auctus, avaritia sola non impulisset puellam, ut se ipsa servituti traderet. Neque veri simile est poetam irae et ava-

ritiae attulisse exempla, amoris nefarii, quod summum esse malum initio dixerat, praeter Clytaemnestrae nullum. Non omisit autem poeta amoris significationem, quae inest in verbis ἐχθρῶν ἵπερ, donum adiungit, quia eo excitatus est amor, ut simili ratione Clytaemnestra ulciscendi cupida ab Aegistho est capta.

Ceterum in novissimo de arte metrica libro p. 174 ita duae hae strophae dispositae sunt:

στρ. α'

πολλὰ μὲν γὰ τρέφει δεινὰ δειμάτων ἄχη,  
πόντια τ' ἀγκάλαι κνωδάλων  
ἀνταίων βροτοῖσιν  
πλάθοντι καὶ πεδαίχμιοι λαμπάδες πεδάοροι,  
πτηνά τε καὶ πεδοβάμονα κάνεμοέντων  
αἰγίδων φράσαι κότον.

στρ. β'

ἴστω δ' ὅστις οὐχ ἑπέπτερος φροντίσιν δαεῖς,  
ταν ἀ παιδολυμας τάλαινα Θεστιάς μήσατο  
πυρδαῆ τινα πρόνοιαν, καταΐθονσα παιδος δαφοινὸν  
δαλον ἥλικ', ἐπεὶ μολων ματρόθεν κελάδησεν  
ξύμμετρόν τε διαλ βίον μοιρόχραντον ἐς ἄμαρ.

his appositis notis metricis:

στρ. α'.

—  
—  
—  
—  
—  
—  
—  
—

στρ. β'.

—  
—  
—  
—  
—  
—  
—  
—

Multas habet difficultates tertium stropharum par, quo ad ipsum Clytaemnestrae facinus detestabile chorus accedit. Ac strophae quidem haec est in libro Mediceo scripta:

επεὶ δ' ἐπεμνήσαμεν ἀμειλίχων  
πόνων, ἀκαιόως δὲ δυσφιλές γαμή-  
λευμ' ἀπεύχετον δόμοις, 615  
γυναικοβούλους τε μῆτιδας φρενῶν  
ἐπ' ἀνδρὶ τευχεσφρόρῳ,  
ἐπ' ἀνδρὶ δηῖοις ἐπικότῳ σέβας,  
τίων δ' ἀθέρμαντον ἔστιαν δόμων,  
γυναικείαν ἄτολμον αἰχμάν. 620

Hic certa est Heathii emendatio *ἐπεμνησάμην* restituentis, reliqua virorum doctorum commenta silentio praeterire praestat, unumque commemoramus Hermannum, qui sic hanc stropham scripsit:

επεὶ δ' ἐπεμνησάμην ἀμειλίχων  
πόνων (ἄκαιος δ' ὁ δυσφιλές γαμή-  
λευμ' ἀπεύχετον δόμοις  
γυναικοβούλους τε μῆτιδας φρενῶν  
ἐπ' ἀνδρὶ τευχεσφρόρῳ,  
ἐπ' ἀνδρὶ δέοις ἐπικλύτῳ σέβων,  
τίων τ' ἀθέρμαντον ἔστιαν δόμων  
γυναικείαν τ' ἄτολμον αἰχμάν).

„Quando autem mentionem feci tristum laborum (intempestivus enim, qui inimicum connubium, exsecrandum aedibus, et femineae mentis insidias viro bellatori, viro apud hostes claro structas colit, et suspicit igne carentem focum atque imbelli mulieris sceptrum): malorum maxime celebratur Lemnium.“ Non facile assentiare *ἐπικότῳ σέβας* in *ἐπικλύτῳ σέβων* mutanti, maius est quod haec quidem ratione omnis sententiarum ordo tollitur. Quid enim aliud hic agit chorus, nisi ut quem Orestes iam adsit Agamemnonis vindex, quam detestabile sit Clytaemnestrae facinus doceat, quamque instum instet supplicium. Quod igitur sumnum est ad quod tendit, in quo argumentum huius carminis versatur, id quasi praeteriens chorus commemorabit? Quo etiam perversius illud est, quod domesticis malis commemoratis ad aliud, idque omnium maximum scelus transit, ad Lemniarum mulierum crudelitatem. Nobis non ita corrupta videtur libro-

rum scriptura, sed ascerta H. L. Ahrensii ἐπεικότως tam facili quam apta emendatione et Stanleii τιο δ' scribendum:

ἐπεὶ δ' ἐπεμνησάμην ἀμειλίχων  
πόνων, ἀκαίρως δὲ δυσφιλὸς γαμή-  
λεν μὲν ἀπεύχετον δόμοις,  
γνναικοβούλους τε μῆτιδας φρενῶν  
ἐπ' ἀνδρὶ δάοις ἐπεικότως σέβας;  
τιο δ' ἀθέρμαντον ἔστιαν δόμων,  
γνναικεῖαν ἄπολμον αἰχμάν;

„quoniam vero mentionem feci tristum laborum, num intempestive commemoro inimicum connubium, exsecrandum aedibus, et femineae mentis insidias viro bellatori structas, viro hostibus venerando? num laudem igne carentem focum atque imbelle mulieris sceptrum?“ Repetitum δέ in apodosi post ἐπεὶ δέ nihil habet offensionis, audacius poeta omisit ἐπιμνήσκων vel λέγω post ἐπεμνησάμην, quod tamen ab Aeschylo esse factum, non librariorum culpa, omnis huius loci ratio docet. Apte vero quaerit chorus, num Althaeae et Scyllae recte adiungat Clytaemnestram, similiterque infra dicit τι τῶνδ'*οὐκ* ἐνδίκως ἀγείρω; ubi *οὐκ* ἐνδίκως eodem modo quo hic ἀκαίρως dictum est.

Etiam in antistropha a vero aberratum est, quod totius carminis rationem non perspexerant interpretes. Eius haec nobis tradita est scriptura:

κακῶν δὲ προσβεύεται τὸ Αἴμνιον  
λόγῳ· γοῦται δὲ δὴ ποθὲν κατά-  
πινστον· ἔκαστεν δέ τις  
τὸ δεινὸν αὖ λημνίοισι πήμαστ.  
Θεοστυγήτῳ δ' ἄχει 625  
βροτῶν ἀτιμωθὲν οὔχεται γένος.  
σέβει γὰρ οὕτις τὸ δυσφιλὲς θεοῖς.  
τι τῶνδ' *οὐκ* ἐνδίκως ἀγείρω;

Hic primis quatuor versibus etsi de singulorum emendatione verborum dubitari potest, sententia tamen quae requiratur apertum est. Nam quum poeta allatis nefarii sceleris exemplis denique ad Clytaemnestram venisset, iam in huius scelere debet subsistere, neque pergere in aliis exemplis afferendis potest. Quod igitur hic τὸ Αἴμνιον κακόν commemorat, non quartum exemplum afferre est putandus, sed accuratius Cly-

taemnestrae facinus adumbrare. Dicit igitur recte se illis ἀμειλίχοις πόνοις Clytaemnestrae facinus adipere, id enim tam immane esse, ut quum summuim scelus usque Lemnium et habitum et dictum sit, huic illud possit comparari. Inde sequitur verba illa ἔκαστεν δέ τις τὸ δεινὸν αὖ Αγρυπτοῖς πῆμασι non recte a Blomfieldio, Wellauero, Bambergero, aliis explicari: „Quidquid terrible et infandum est, solent homines cum Lemnio facinore comparare.“ Bene hoc perspexit Schuetzius, qui scripsit εἰκάσαι δέ τις δεινὸν τόδ' ἄν Αγρυπτοῖς πῆμασι. Nos τόδ' αἰνόν conieceramus, idemque Bothium videimus proposuisse. Av quod iam Portus in ἄν mutaverat, etiam Hermannus recepit, videoturque scholiasta legisse: εἴκασε: εἰκονίσει τις, quod fortasse est: εἴκασαι: εἰκονίσθε, et εἴκασε ex scholio recepit Turnebus Victoriusque. Ad alterum versum Hermannus „Nemo, inquit, haec sana esse putabit. Audacius hic, sed, ut spero, non temere, scripsi γοᾶται δὲ γὰ πάθος κατάπινστον, terra Lemnia abominandum malum luget. γοᾶσθαι Attici, non, ut Homerus, γοᾶν dicunt.“ Hanc emendationem veram esse non posse ex iis quae supra de sententia huius loci disputavimus apparent. Videtur Aeschylus scripsisse βοῶται δὲ δή ποθ' εὐ κατάπινστον, et βοῶται esse legendum iam Blomfieldius suspicatus est. Itaque hoc dicit: „Malorum maxime celebratur sermone Lemnium, idque fertur tamquam unum olim abominandum: nunc dices hoc immane Clytaemnestrae scelus aequare Lemniam crudelitatem.“ Proxima et recte in libris scripta, nisi quod ἀγετ pro ἄχει cum Aurato corrigendum, et ad intellegendum non difficilia. Referenda est autem universa illa sententia non ad Lemnias, sed ad Aegisthum et Clytaemnestram, qui et diis exosi erant et omnibus civibus invisi, ut primo statim carmine chorus dixerat vs.

**48** σεβας δ' ἄμαχον ἀδάματον ἀπόλεμον το ποὺν δι' ἄτων φρενός τε δαμάς περαῖνον νῦν ἀγίσταται, eamque sententiam ut illo loco sic nostro poenae instantis excipit praedictio. Bene igitur sententiam perspexit scholiasta qui ultimo versu ἀγείω interpretatur συνάξας κατηγορῶ. νύσσει γάρ με τὸ δίκαιον ταῦτα λέγειν, qui tamen si quod νύσσει dicit, οὐτὶς vs. 630 explicat, ab horum quidem verborum sententia aberrasse cum Hermanno est censendus. ἀγείων autem non est de exemplis conquirendis dictum, sed ἀγείων hic est animo colligere, rationibus collectis concludere.

Denique ultimum stropharum par ita est in libro Mediceo scriptum:

τὸ δ' ἄγχι πλευμόνων ξίφος

διαταίαν δέσπουενχές σοῦται

630

διαὶ δίκαιος τὸ μὴ θέμις γαρ οἱ  
λαζ πέδον πατούμενον  
τὸ πᾶν Λιός  
σέβας παρεκβάντες οὐθεμίστως.

α  
δίκης δ' ἐρείδεται πνθμήν.  
προσχαλκεύει δ' αἴσα φασγανονργός. 635  
τέκνον δ' ἐπεισφέρει δῆμασε  
δωμάτων παλαιτέρων  
τείνει μύσος  
χρόνῳ κλυνῇ βυσσάφρων ἐρινύς.

In his emendandis ita est versatus Hermannus, nihil ut sit quod desideres. Et *οὐται* quidem nihil aliud esse nisi *οὐτῷ* iam in *Elem. doctr. metr.* monuerat, *ἄγη πνευμώνων* autem recte tuetur, quod ensem chorus dicat, quo mox transfigendus sit Aegisthus. Quamquam rectius Hermannus Clytaemnestram quam Aegisthum posuisset, nam hanc potissimum toto hoc carmine chorus respicit. Deinde quod *πεδοῖ* olim correxit, *πέδοι* nunc scribit, ut ex Ioannis Alexandrinī *τονικοῖς παραγγέλμασι* p. 36, 8 constet, tum *οὐθεμίστως*, cuius loco, quum *οὐ* in Mediceo litterae *α* simile sit, *ἀθεμίστως* ceteri libri habent, quodque in *οὐθεμίστως* Porsonus converterat, *οὐθεμίστως* cum Dindorfio scribit, denique cum Stanleio et Musgravio *παρεκβάντος* corrigit, hoc enim diei, scelus eius, qui *Iovis* reverentiam impie violavit, non negligitur. Hoc miramur Hermannum non persuasisse Nagelsbachio, qui eius libri quem de Graecorum theologia scripsit p. 347 *παρεκβάντες* verbi finiti loco esse positum existimat: hoc enim fieri hic nullo modo posse omnis huius loci conformatio docet. — In antistropha Hermannus *προσχαλκεύει* corredit, *τίνει* cum Turnebo edidit, denique corrupta illa *δῆμασε δωμάτων* praeclara emendatione *δόμοισιν*, *ἐκ δὲ αἰμάτων* restituit. Nam quum in Mediceo *α* et *οι*, *ω* et *αι* litterae simillimae sint, *δωμάτων* est *δὲ αἰμάτων*, *δῆμας* est *δόμοις*, denique *ἐκ* praepositionis prior tantum littera remansit, *ε* in versus fine librarius omisit. Scholiasta qui adnotavit *ἀντὶ τοῦ ποιηήν*. *ἐπεισφέρει δὲ τοῖς οἴκοις τέκνον παλαιῶν αἰμάτων ὁ* *ἐστι*, *τίκτει ὁ φόνος ἄλλον φόνον*, et *δόμοις* et *αἰμάτων* legit, non recte tamen *τέκνον* interpretatur, quum pateat Orestem dici.

Totum igitur carmen ita nobis scribendum videtur:

στρ. α'.

πολλα μὲν γὰ τρέφει  
δεινὰ δειμάτων ἄχη, 580  
πόντιαι τ' ἀγκάλαι  
κνιδάλων ἀνταίων  
βρύνουσι, πλάθοντι κάν πεδαιχιώ  
λαμπάδες πεδάοροι  
πτανά τε γαπεδοβάμονά τ' ἀνεμόεντ' ἀν  
αλγίδων φράσαι κότον.

ἀντ. α'

ἄλλ' ὑπέρτολμον ἀν-  
δρὸς φρόνημα τίς λόγῳ  
καὶ γνναικῶν φράσει  
τλαμόνων παντόλμονς 590  
ἔρωτας ἄταισι συννόμονες βροτῶν;  
συζύγου δ' ὁμανλίας  
θηλυκρατής ἀπέρωτος ἔρως παρανικῆ  
κνιδάλων τε καὶ βροτῶν.

στρ. β'.

ἴστω δ', οἵσις οὐχ ἴπόπτερος 595  
φροντίδ' ἐστὶν δασὶς, τὰν  
παιδολυμάς τάλαινα Θεσιὰς μήσατο  
πνιδαῆτιν πρόνοιαν, καται-  
θονσα παιδὸς δαφοινὸν  
δαλὸν ἥλικ', ἐπεὶ μολὼν 600  
ματρόθεν κελάδησεν,  
ξύμμετρόν τε διὰ βίον  
μοιρόκραντον ἐς ἄμαρ.

ἀντ. β'.

ἄλλαν δή στιν ἐν λόγοις στενγεῖν  
φοινίαν Σκύλλαν ἀτ' ἔχ- 605  
θρῶν ὑπὲρ φῶτ' ἀπώλεσεν φίλον, Κρητικοῖς  
χρυσοκυμήτοισιν δόμοις πιθή-  
σασα δάροισι Μίνω,  
Νῆσον ἀθανάτας τριχός  
νοσφίσασ' ἀπροβούλως 610  
πνείονθ' ἀ κυνόφρων ὑπνῳ·  
κιγκάνει δέ μιν Ἐρμῆς.

στρ. γ'.

ἐπεὶ δ' ἐπειρησάμαν ἀμειλίκων  
πόνων, ἀκαίρως δὲ δυσφιλὲς γαμή-  
λευμ' ἀπεύχετον δόμοις 615  
γυναικοβούλους τε μήτιδας φρενῶν  
ἐπ' ἀνδρὶ δάροις ἐπεικότως σέβας;  
τίω δ' ἀθέρμαντον ἐστίαν δόμων,  
γυναικείαν ἀτολμον αἰχμάν; 620

ἀντ. γ'.

κακῶν δὲ προσβεύεται τὸ Λήμνιον  
λόγῳ, βοᾶται δὲ δή ποθ' ἐν κατά-  
πτυστον· ἥκασεν δέ τις  
τόδ' αἰνὸν ἀν Λημνίοισι πήμασιν.  
Θεοστυγήτῳ δ' ἄγει 625  
βροτῶν ἀτιμωθὲν οἴχεται γένος·  
σέβει γὰρ οὖτις τὸ δυσφιλὲς θεοῖς.  
τι τῶνδ' οὐκ ἐνδίκως ἀγείρω;

στρ. δ'.

τὸ δ' ἄγκι πνευμόνων ἔφος  
διανταίαν δξυπευκής οὔτε 630

διαὶ Λίκας· τὸ μὴ θέμις γάρ οὐ  
λᾶξ πέδοι πατούμενον,  
τὸ πᾶν Λίος  
σέβας παρεκβάντος οὐθεμιστῶς.

ἀντ. δ'.

Λίκα; δ' ἐρείδεται πυθμήν.  
προχαλκεύει δ' Λίσα φασγανονογός. 635  
τέκνον δ' ἐπεισφέρει δόμοισιν, ἐκ δ'  
αἰμάτων παλαιτέρων  
τίνει μύσος  
χρένῳ κλυτὰ βυσσόφρων Ἔρινίς.

